



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XIX. De rerum permutatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

De Rerum Permutatione.

TIT. XIX.

Contractibus innominatis accensetur Permutatio : quæ licet proprium nomen habere videatur, non est tamen illud nomen proprium contractus, quod certam contractus speciem & naturam significet, ut est Emissio, Locatio &c.

1. *Quid est Permutatio ?*

Est contractus innominatus, quo convenit, ut pro re una detur alia, sive species, sive genus, sive quantitas. Nam ita quoque contrahi permutationem posse verius est, ut etiam species pro genere, vel genus pro genere detur, vel quantitas pro quantitate, veluti decem modii frumenti pro decem doliis vini.

2. *Quæ ergo res permutari possunt?*

Omnis res, quæ sunt in commercio hominum, nec permutari prohibentur, etiam res corporales cum incorporalibus, dummodo mere temporales sint, v. gr. fundus compensatione annua.

O 2

3. *An*

## 3. An res Ecclesie?

Regulariter non licet res Ecclesie permutare, sive immobiles sint, sive mobiles, quæ servando servari possunt; nisi ex justa causa, & servata solemnitas alias ad alienationem rerum Ecclesie quisita, quia permutatio est species alienationis.

## 4. Licetne rem spiritualem permutari pro alia re spirituali?

Licet: veluti duæ Ecclesie parochiales duobus monasteriis adnexæ possunt c. 9. infin. inter se permutari, etiam permutari cum possessionibus, & adjecta cetera summa pecuniae ad æqualitatem provenientem compensandam.

## c. 5. infine 5. An igitur licebit Clericis etiam beneficia sua inter se permutare?

Nequaquam; nisi auctoritate Superiora præterea rioris interveniente, ut Episcopi, q. 9. sup. De cognoscat, an justa sit causa admissionis transactæ dæ permutationis. Alias quamvis per l. i. in fine re spirituali, id est, beneficio, detur aliud D. Deper- beneficium, similiter spirituale, habet mut. Gl. tamen aliquid adjunctum temporale, in c. Cum nimirum fructus, ratione cuius tangunt olim. 7. V. adnexi etiam contrahi Simoniam co-definiti- stat. Est enim permutatione vicina de uam. b. t.

ptioni venditioni: constat autem spiri-  
tualia vendi non posse, ergo neque per-  
mutari. Constat item, in rebus alienis  
nullam contrahi permutationem; bene-  
ficia vero non esse beneficiorum propria,  
sed solius Ecclesiae, & usum nudum dun-  
taxat concedi Clericis.

*De Feudis.*

## TIT. XX.

Contractibus innominatis sunt, qui an-  
numerant Feudum: obtinuit tamen esse  
contractum nominatum, & nomen su-  
um accepisse a consuetudine.

1. *Quid est Feudum?*

F Eudum est benevolia & libera rei im-  
mobilis vel æquipollentis concessio,  
cum dominii utilis translatione, domi-  
nio directo remanente penes conceden-  
tem: ea lege, ut vasallus in licitis & hone-  
stis fidelitatem promittat & præstet domi-  
no suo, a quo feudum accipit.

2. *Quotuplex est Feudum?*

Multiplex: aliud Proprium sive Re-  
ctum & Improprium; aliud Antiquum,  
Paternum; Novum; aliud Ligium &  
non ligium; aliud Seculare & Ecclesia-  
sticum &c.

O 3

3. *Qui*